

UNIVERSITAS COLLEGII MAGGILLIANI

UNIVERSITATI MELBOURNIENSIS

impedierit quatinus proponeremus, hisce saltem

S. P. D.

litteras mandamus gratularum noscere causam significare.

Gratias vobis, viri doctissimi, agimus maximas,
quod ferias iubilaeas post quinquaginta feliciter peractos
annos celebraturi nos quoque, toto orbis terrarum spatio
divisos, in partem gaudii vestri adsciscere voluistis. Nos
vestra comitate oblatam libentissime arripimus occasionem
fraterni in vos animi testificandi. Quamvis enim diverso
habitantes caelo sentimus nos vobis omnium artissima quadam
coniunctos esse propinquitate, quippe qui, communis utrorumque
originis vinculo et civitatis foedere Britannicae conxi,
eadem insuper scientiae ac litterarum humiorum studia - aniorum
exerceamus. Ergo ut in hoc laetamur quod minus artium in
terra Australi calendarum per tot annos prospere successu
sustinuistis, ita optamus ut per multa in posterum saecula
Universitas vestra omnibus mentis bonis florens reipublicae
nobis minime alienas decus adferre perget.

Prohibet longinquitas itineris quominus quemquam
in hac Universitate hodie cormorantem ad vos delegemus
qui amicitiae interpres nostrae vobis intersit festos dies
celebrantibus. Sed domicilium in terra Australi habet
alumnus noster Thomas P. Strickland, Sydneiensis, quem oculo
annis gradu magistratus in scientia ornavimus;
habet etiam a nostris viri praestantissimus Thomas Tait,
qui endem fere tempore ex hac urbe demigravit ut toti quam
vocant viarum ferratarum rationi in vestra colonia praefice-
retur. Hoc igitur impense rogavimus ut praesentes valint
nostram ergo vos observantiam rite declarare. Sed si quid